



Universitätsbibliothek Paderborn

**R.P. Clavdii Aqua-Vivae Societatis Iesv Præpositi
Generalis V. Meditationes In Psalm. 44. et 118**

Acquaviva, Claudio

Coloniæ Ubiorum, 1616

76 Fiat misericordia tua vt consoletur me, secundùm eloquium tuum seruo
tuo.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50645](#)

440 MEDITATIONES

biti solutionem fecerit, & decem millium
talentorum summam dimiserit; à Iusto ta-
men, quo nihil illi acceptius, vſuram exi-
git, dum ait. Et veniens cum vſura rece-
pisse. Quod videlicet, & peccatorem ſo-
letur, vt eleuet; & iustum terreat, vt ſta-
tuat, & conſirmet. Quiaſi pauperum enim
peccatorum miseretur: & quiaſi à diuiti-
bus vſuras à Iustis expetit: illis quidem
propter inopiam donans, ab his verò ac-
curatius rationem diuitiarum pietatis

Virtus in
aduersis
apparet.

Ser. 27. in
Cant.

Ser. 20. in
hunc Ps.

exigens: quia reuera nihil peccante pau-
perius, nihil diutius Iusto. Hæc ex S. Chry-
ſostomo. Accedit etiam quod timentes
Dominum clarissim Sanctorum virtutes in
aduersis agnoscunt, quam in prosperis.
Nam stella in nocte virtus in tribulatione.
Quomodo enim (inquit S. Bernardus) ſte-
lae in nocte lucent, in die latent, ſic vera
virtus, quæ ſep̄e in prosperis non apparet,
eminet in aduersis. Addit S. Ambroſius,
Deum quos miſeratur citò caſtigare, ut nō
diutius affiantur futuri expectatione in-
dicij.

76 Fiat miſericordia tua, ut conſoletur
me, ſecundūm eloquium tuum
feruo tuo.

Qui dixerat ita ſe compositum, ut, qui
viderent eum, letarentur, certè magna
ſe Dei miſericordia & præuentum, & or-
natum

natum fuisse demonstrat. Nec exigua misericordia erat in flagellis cognoscere, & confiteri æquitatem diuinam. Cur ergo iam petit denuò misericordiam ad consolationem? Profectò magna suæ infirmitatis confessio, magnum diuinæ clementiæ testimonium hoc est. Puta ergo sic illum dicere. Cognoui Domine me iustissimè flagellatum, & in tua veritate, atque iustitia humiliatum: & inter has tribulationes, & humiliationes gaudeo, & gaudebo. Pla-
ceo enim mihi in tribulationibus, in con-
tumelijs, in angustijs: sed neque fortitudo
lapidum fortitudo mea, nec caro mea ænca-
eft. Nam etsi spiritus promptus est, sed Matt. 26.
caro infirma. Vnde igitur remedium, aut
auxilium conqueriram, nisi à misericordia
tua, vt consoletur me? Nec deest, vnde id Et clem.
confidam: quia & promissum tuum teneo tia diui-
(hoc est enim secundum eloquium tuum) na.
& ipse ita misericordia abundas, vt ti en-
dum non sit, ne illa, quamvis toties, tāque
largiter mihi contuleris, aliquando tandem
exhauriatur: cum & ipsa præueniat me, & Psal. 58.
ipsa subsequatur: imò tu ipse sis miseri-
cordia mea, quæ tam exhausti non potest,
quam ipse non potes deficere. Et audio di-
cetem te. Metuentes Domini sustinete mi- Eccl. 2. 18.
sericordiā eius, &c. & in oblationem ve-
niet, vobis misericordia. Et, misericordia
Domini in omnem carnem. Et, quod me
maximè solatur. Secūdum, inquit, magni-

Significatur infirmitas hu-
mana.

Iob 6.

Psal. 58.

Eccl. 2.

T 5 tudi-

442 MEDITATIONES

tudinem illius, sic misericordia illius cum

Eccles. 2. ipso est. Denique nihil tam frequenter in

Scripturis tuis misero mihi commendatur

quam misericordia: nihil tam dulciter re-

cordor, quā illius, quā effudisti super om-

nia opera tua. Propterea quā sperāda fue-

rāt à bonitate tua beneficia, etiāsi nulla pre-

Lib. 26. cessissent: nunc autem, ut ait S. Gregorius,

Mor. c. 17. de ea vel dubitare maximi périculi est, dum

præteritis donis ad portum spei quasi im-

mensis quibusdam funibus ligamur. Vide

locum insignem.

77 Veniant mihi miserations tuæ, &

viuam, quia lex tua meditatio

mea est.

Vita fine

addito est

æterna.

Matt. 19.

Io. 5.

Vita etiā

gratiæ ve

re vita.

Notat sanctus Augustinus, cum vita sine

addito ponitur, æternam intelligi:

quippè quæ sola verè vita est: in cuius cō-

paratione ista, quam dicimus, mors potius

sit appellanda, quam vita. Et in Euange-

lio dicitur. Si vis ad vitam ingredi. Nec ad-

ditur æterna. Et de resurrectione bonorum

dicitur. Resurgent in resurrectionem vite,

haud dubiè æternæ, quamvis non addatur.

Sic igitur & David hoc loco. Veniant mi-

hi miserations tuæ, & viuam, inquit;

neque ait in æternum viuam, vel beatè

viuam, quasi aliud non sit viuere, quam si-

ne vlo fine, & sine vlla miseria viuere.

Sed tamen etiam vita gratiæ, quæ spiritu-

viiii-